

Heinrich Rahn

Rector Universitatis Rostochiensis, Henricus Rhane, I.U.D. & Profess. P. Ad Exequias Quas Viro ... Dn. M. Zachariae Deutschen/ Templi Jacobaei Diacono fidelissimo. Vidua moestissima hodie parat. Cives suos ad horam dimidiatam primam serio vocat

Rostochi[i]: Kilius, 1638

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777443775>


Druck Freier  Zugang




Rhane, H.,
in
Z. Deutsch.

Rost. 1638.

40





20
RECTOR
Universitatis Rostochiensis,
HENRICVS RHANE,
J. U. D. & Profess. P.

AD EXEQVIAS
Quas
Viro Reverendo & Doctissimo
Dn. M. ZACHARIÆ
Deutschen/ Templi Jacobæi Dia-
cono fidelissimo.

Vidua mestissima hodie parat.
Cives suos ad horam dimidiatam
primam serio vocat.



ROSTOCHI,

Typis NICOLAI KILII, Academ. Typogr.

ANNO MDCXXXVIII.

403

DRima apud nos est Cathedralis templi Ecclesia, quæ fidelissimis Verbi divini ministris exiguo tempore spoliata, unum super habet Pastorem suum, ipsis tribus funeribus intra octiduum afflictissimū. Et quidem ab Reverendo & Doctissimo Viro Dn. M. JOHANNÉ CORFINIO, Seniore fiebat initium. Cujus in candidissimi integerrimiq; hominis funere jam tum ominari ac denunciare mala incepimus; tanquam porro itura lues, viam per hoc viri latus & quærere voluerit & simul invenerit. Utinam verò, quæ ex divinis oraculis frustra timere non debemus, ea quidem, sicuti publicitus optari solet, in bonum vertantur, neq; pati necesse sit, quod ex vitæ poenitentia amovere noluimus. Nunc ubi nihil ægrius auditur, quam de serâ peccatorum, agnitione, de ira coelesti, & ab omni parte geminatis rerum humanarum laboribus ac suppliciis, ubi antiquum obtinemus, ipsisq; in criminibus atroces, tanta animi cupiditate peccamus, ea profecto causa est, quod nec ominari alia, quam peiora, nec pati debeamus. Et sese omnia in aliquam bene magnam calamitatem parant, conveniturque tam probè in exitium,

ut

204
ut ne autores malorum nobis non ipsi simus;
De quibus alias dicendi scribendiq; locus erit;
nunc equidem plagas recensere nobiscum præ-
stet. Quas, uti apparet, semel inchoatas, perte-
xere deinceps coeleste Numen & prorsus dedu-
cere videtur. Ab eo enim tempore, quo verbi
præconem istum extulimus, pervasitq; lues in
Pastoris domum, ecce nunc alterum Collegam
lateribus ferme ipsis abreptum querimus. Adeo
præter spem omnium, de subito oppressus est
Reverendus & Doctissimus Vir Dn. M. ZACHA-
RIAS DEUTSCHUS, ad D. Jacobi apud nos
Symmysta. Qui virium alias perquam integer
& valens, dum officii sui partes exequutus sacris
nuperrime operabatur, ad morem publicæ æ-
grotationis, leviter primo tentari, deinde pror-
sus abjici atq; in dies exanimari coepit. Usque
dum in pejus ruere omnia, & extremum moliri
jam ante oculos esset, vitamq; suam placidissi-
mè finiret ille DEUTSCHUS noster. Cujus fe-
licitati, quam ex beatissima exolutione adeptus
est, gratulari equidem, nō ingemiscere fas esset.
Nam & ea, quæ impendent, non utiq; forsitan
meliora, ab omni prorsus liber periculo evita-
vit; & quæ nunc dominantur, affliguntq; pie-
tatis Zelum, non possunt illum commovere

E e e 2.

ampli-


205
amplius atq; agrē habere. Non afficitur in po-
sterum, non dolet, neq; in ediam, iram, odium,
ceteraque laborum ac fidelitatis præmia gra-
vatur. Quod si de eo cogitemus, quemadmo-
dum ille nunc receptus in dexteram Dei, expe-
ctet æterna ista & nemini enarranda plusquam
aurea tempora, coelestibus gaudiis interea quā-
plurimum & quotidie præceptis; nefas profe-
cto sit, tantopere quenquam angī circa tam
beatam commutationem. Verum alia sunt,
quæ meditari conveniat. Et quidem Nobilif-
simæ omnibusq; virtutibus exultæ, uxori tan-
ta luctus nunc imposita causa est, ut quam mi-
nimum ipsi detrahēre posse videatur. Nam &
recentissimo conjugio & sperata jam prole, ipsa
illa, quæ lætitiā afferre nobis maximæq; vo-
luptati esse censentur, addunt nunc afflictæ do-
lorem, eūq; ex inopinatissimo casu longe acer-
biorem reddunt. Liberi vero, quos ex priori
suscepit conjugē, infantes partim, partim ad-
huc tenerrimi, amiserē parentem ante, quā
intelligere potuerunt. Tanto infeliciores,
quia ne sensum quidem aut sane exiguum ca-
lamitatis suæ teneant. Nisi eaini ille coelestis
Pater, diligentissimus Orphanorum tutor, an-
tiquam fidem præstiterit; parata jam ipsis est
nimium


406
nimium quam dura afflictissimaq; vivendi ra-
tio. Crescente hominum avaritia; isto scilicet
malo, quod ne ab aris abstineat; & evanescente
jamdudum recti amore atq; innocentia. Quo
modo nulla æquè gravior pestis in pupillos
grassatur. Quanquam autem non speremus
tam immitia, est tamen commune quoddam
periculum; quod omnes metuunt patres, &
plurimorum filii cum jactura incomparabili a-
dierunt. Ipse frater, postquam ingens præsidium
suum amisit, ad eandem redire causam doloris
videtur, quam ex Parentis obitu acceperat. Ita
quidem domi ut funesta omnia ita per quam,
illatabilia & durissima existunt. Ceterum, qui
ad publicam salutem, quantaq; jactura in Eccle-
sia nostræ urbis facta sit, attenderit; illi occur-
rent mala omnia, de quibus nullus vaticinandi
à nobis forsan modus est. Futurumq; absq; du-
bio est, ut irrisioni opportuna dixerimus; quia
tam mortale corpus Clerici gerunt, quam profa-
num vulgus, & ista jam exundat Præconum
verbi coelestis copia, ut desiderare magnopere
unum non debeamus: Quippe certatim offe-
rentibus studia sua doctissimis viris, & forsan
non nihil ambituri. Verum enim vero ista
Exulum Pastorum celebrata, quæ nunc in ur-
Eccc3 be est,

709
be est, debebat nos admonere ipsius magnæ il-
lius calamitatis; Si diligenter recogitemus,
quemadmodum toto orbe homines exagiten-
tur, omnesq; anguli tremant horrendam DEI
iram; ut ita, quæ nunc asyla incolantur, non
multo post spelæa existere possint. At vero se-
curitas nostra eo usq; neminem permittit, vide-
murq; sapientis partes quam optime explevis-
se, si de futuro quam minimum solliciti aga-
mus, quæ ante pedes sunt, & in iis strenue pec-
cemus. Equidem, Academiae Cives, qui in pro-
ximo, imò ferme totius Ducatus Megapolensis
oppidula secum reputaverit, ex quibus aut eje-
cti Pastores, aut extincti sunt, ille dememinisse
nolir, quantum sit, & verbi coelestis prædicatio-
ne & sigillis æternæ gratiæ non carere; his præ-
sertim temporibus, ubi desperata sunt humana
omnia, nihilq; præter ea, quæ supra nos sunt,
excelsa appetere ac suspirare licet. Sive igitur
partu laborantes, sive in in agone mortis consti-
tutos intraq; insultus Diaboli ac conscientiarū
terrores divisos, & desperationi proximos con-
sideret, qui & humani casus & hac rerum om-
nium miseria plusquam frequentes sunt, ubi-
que est, quod alloquentis Ministri vocem spiri-
tumq; Paracletum ab ejus munere non exspe-
ctes,

208
tes, quam ingenti cum desiderio petas, obse-
res, anheles. Cujus absentia cum nihil ægrius
superveniat afflictis, tum demum intelligere li-
cet, quanti precii sit, animæ suæ pastorem, ab
summo illo pastore datum, ad manum præsto
habere, interq; solatium ipsius, tranquillato jã
omni in nobis pavore, acquiescere posse. Ma-
gnaq; & perquam dura nobis exempla jam o-
lim proposita sunt, cum integræ exhaustæ Ci-
vitates, nihil requisierint anxius, quam verbi
Ministerium, nihil ad calamitatem habuerint
gravius, quam illo carere. Eoq; magis descēde-
re in nos ejusmodi cogitationem & non ita ob-
durari ad tantæ calamitatis intellectum oport-
teat; quo minus, quid futurum sit, explora-
tum, & ex coelesti ira poenas subinde & cum,
tempore graviore timere habeamus. Quapro-
pter, ut ceteri bene sperent, ego minimè bene omina-
ri possum ex hoc repêto Ecclesiæ vulnere; in quod
si quis diligenter inspexerit, luculentam inveniet
plagam esse. Unus ergo qui superest tot objectus
laboribus, tot ipse curis distractus, quomodo non
reposcet in partem DEÛRSCH IUM, ejusq; ingenti de-
siderio tenebitur? Quem brevi tempore Collegam
adeptus, minime omnium nunc quidem amissum esse
velit. Laborum enim patientissimus & promptus,
quantum profuturus in posterũ esset, alacri initio o-
stendit. De quo antequam cetera exequamur placet
ortum ac natales recensere. Natus primo hujus secu-

li anno ad xxv. Nov. Patre DAVIDE, Secretario hujus
Reipub. Viro Spectatissimo & Doctiss. Matre ANNA
SCHILLINGIA, Matrona honestissima. Avus à Pa-
tre ZACHARIAS, AVIA CATHARINA Hengels/ Avus
à matre GEORGIUS, Pastor Dalemburgensis, HERMAN-
NI SCHILLINGI hujus loci quondam Cos. frater;
AVIA ANNA Sudefings. Ergo nomen sanè Christo per
baptisma professus, vitæ annos sic transegit, quem
admodum singuli ab se poscerent. Pietati ac literis à
pueritia assuetus, deinde Lemgoviam missus, repeti-
tâq; patria & sacrae linguæ ac Theol. fundamentis
probe jactis, Lipsiam primo, deinde Ienam concessit,
dignusq; fuit, qui ibidem Magister ante xiv. an-
nos crearetur. FRIDERICI a. BURLAGI liberalitate
hactenus usus, ejusdem cõmendatione ab Hambur-
gensibus Cœnobio Johannitano Pastor præfectus,
repetitus à patria, eandem operam in tempo Spiri-
tus S. locavit, lectâq; in matrimonium pudicissimam
tum virginem ANGELAM Buttendam, tribus liberis, su-
perstitibus adhuc donatus est ANNA ELISABETHA,
DAVIDE, JOHANNE. Ante annum Archidiaconus in
æde Jacobi præfectus, transiit simul ad secunda vo-
ta, duxitq; Nobilissimam DOROTHEAM Sevezowè/ No-
bilissimi HENRICI Sevezowen/ hereditarii in Schorren-
tin relictam viduam, JOACHIMI, hereditarii in Fin-
storff legitimam filiam. Pacato, sed brevi conjugio.
Siquidem XXI. nupero Sept. male habere, statim de-
cumbere, & post acceptam sacramenti gratiam 2.
Octob. circa tertiam matutinam in Christo placidif-
sime expirare. Quid ovibus fiet, cum in Pastores fa-
ta sic audeant? Nos, Academiæ Cives, ornabimus
exequias Doctissimi viri, & pro salute publica con-
ceptis precibus cœleste Numen adorabimus. Ipsi
B.V. P.P. 5. Octob. Anno 1638.







nimiam quam dura afflictio
tio. Crescente hominum av
malo, quod ne ab aris abstine
te jamdudum recti amore at
modo nulla æquè gravior
grassatur. Quanquam aut
tam immitia, est tamen con
periculum; quod omnes m
plurimorum filii cum jactur
dierunt. Ipse frater, postqu
suum amisit, ad eandem red
videtur, quam ex Parentis ol
quidem domi ut funesta om
illatabilia & durissima existu
ad publicam salutem, quanta
sia nostræ urbis facta sit, atte
rent mala omnia, de quibus
à nobis, forsan modus est. Fut
bio est, ut irrisioni opportu
tam mortale corpus Clerici ge
num vulgus, & ista jam exu
verbi coelestis copia, ut deside
unum non debeamus: Quip
rentibus studia sua doctissim
nonnihil ambituri. Verum
Exulum Pastorum celebra
Ec



endi ra
scilicet
nescen
tia. Quo
upillos
eremus
moddam
tres, &
rabili a
præsidii
doloris
erat. Ita
quam,
um, qui
n Eccle
i occur
cinandi
sq; du
us, quia
a profa
onum,
opere
m offe
foran
ro ista
c in ur
be est,